i,6.

INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER HIEMEM

ANNI MDCCCL—I A DIE XIV OCTOBRIS

INSTITUENDARUM.



BRUNSBERGAE,
TYPIS HEYNEANIS.

BRAU
2

31

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS
RECTOR ET SENATUS
CIVIBUS SUIS
S.

Quum theologi sit, commilitones carissimi, accurate scire, Ethnicismus et Christianismus quid illi maxime inter se differant: ipsa rei gravitas admonuit nos, ut hoc prooemio indicis lectionum breviter quidem evidenter tamen (ipsa enim incorrupta atque integra teste veritatis historia) doceremus, quam falso plerique viri docti dicant, totam antiquitatem penitus ignorare, contra jus fasque esse, libero homine servo abuti pecore. [1])

Igitur hac voce minime illa obscura sed clarissima ipsa antiquitas defendit se ab injusta accusatione prorsus incognitae humanitatis. Quod enim non Plato neque etiam Aristoteles, duo illi Graeci philosophi principes, intellexerunt, id, si minus jam utriusque qui fuit magister Socrates,

[1]) „Die Selbstständigkeit des Ich in sich, sein Fürsichseyn war ihm (Platon) fremd; der Mensch war noch nicht so in sich zurückgegangen, hatte sich noch nicht für sich gesetzt. Das Subjekt war freilich freies Individuum, es wußte sich aber nur in der Einheit mit seinem Wesen; der Athener wußte sich frei als solcher, ebenso ein Römischer Bürger als ingenuus. Daß aber der Mensch an und für sich frei sey, seiner Substanz nach, als Mensch frei geboren: das wußte weder Plato noch Aristoteles, weder Cicero noch die Römischen Rechtslehrer, obgleich dieser Begriff allein die Quelle des Rechts ist. Erst in dem christlichen Princip ist wesentlich der individuelle persönliche Geist von unendlichem, absolutem Werthe; Gott will, daß allen Menschen geholfen werde. In der christlichen Religion kam die Lehre auf, daß vor Gott alle Menschen gleich sind, indem Christus sie zur christlichen Freiheit befreit hat. Diese Bestimmungen machen die Freiheit unabhängig von Geburt, Stand, Bildung u. s. f.: und es ist ungeheuer viel, was damit vorgerückt worden ist; aber sie sind noch verschieden von dem, daß es den Begriff des Menschen ausmacht, ein Freies zu sein. Das Gefühl dieser Bestimmung hat Jahrhunderte, Jahrtausende lang getrieben: die ungeheuersten Umwälzungen hat dieser Trieb hervorgebracht; aber der Begriff, die Erkenntniß, daß der Mensch von Natur frei ist, dies Wissen seiner selbst ist nicht alt." Hegel. hist. philosoph. I, p. 63.

perbene tamen quum alii philosophi Graeci tum vero omnium optime intellexit et docuit Cicero orator et Consul Romanus; quem quidem virum philosophiae studiosissimum neque etiam tam auctoritatis quam rationis momenta ponderantem [2]) et suo eoque intelligentissimo persaepe utentem judicio plerique re injudicata pro philosophante purum putum philosophastrum judicant.

Atque primum Aristoteles quidem per est mirum quantopere ille magister intelligendi defecerit a semetipso. Nulla enim hacce ratione, quod mentitur poëta, [3]) verum esse defendit philosophus, jus fasque esse: „Graecis servire Barbaros.“ Nam pro terrae, quam inhabitent, natura coelique temperie Barbaros tantopere superari a Graecis non magnitudine et robore sed vigore corporis et inde tota quae pendeat agilitate mentis (patientis sive humanae), [4]) ut ratione non quidem omnino careant, ipsi tamen sine duce et magistro uti nesciant innata sed solummodo facere sciant quae ab aliis jubeantur rationabilia. Hinc sibi persuasit Teleologus Naturae, quae quidem „*οὐδὲν μάτην ποιεῖ*,“ Barbaros a Graecis justo bello domari cogique „invitos,“ ut fracto animo duram cervicem jugo servili submittant natisque dominis nata instrumenta se praebeant tractandos. [5])

---

[2]) Non enim tam auctoritatis in disputando quam rationis momenta quaerenda sunt. Cic. de N. D. I, c. 5. —

[3]) *κατὰ τὴν παροιμίαν πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.* Aristot. Methaphys. p. 8. Brandis.

[4]) *Ἔστι δ' ἰσχύος μὲν ποιητικώτερον τὸ παχύτερον αἷμα καὶ θερμότερον· αἰσθητικώτερον δὲ καὶ νοερώτερον τὸ λεπτότερον καὶ ψυχρότερον. κ.τ.λ.* Aristot. de part. anim. II, c. 2. ed. stereotyp. — *Συμβαίνει δ' ἐνιά γε καὶ γλαφυρωτέραν ἔχειν τὴν διάνοιαν τῶν τοιούτων, οὐ διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ αἵματος, ἀλλὰ διὰ τὴν λεπτότητα μᾶλλον, καὶ τὸ καθαρὸν εἶναι.* Ibid. c. 4. — *.... τὸν ἐγκέφαλον ὑγρότατον ἔχουσι (οἱ ἄνθρωποι) καὶ πλεῖστον τῶν ζώων. Τούτου δ' αἴτιον, ὅτι καὶ τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ θερμότητα καθαρωτάτην. Δηλοῖ δὲ τὴν εὐκρασίαν ἡ διάνοια· φρονιμώτατος γὰρ τῶν ζώων ἄνθρωπος.* Id. de generat. anim. II. c. 6.

[5]) *..... πρῶτα δὲ καὶ ἐλάχιστα μέρη οἰκίας δεσπότης καὶ δοῦλος, καὶ πόσις καὶ ἄλοχος, καὶ πατὴρ καὶ τέκνα· περὶ τριῶν ἂν τούτων σκεπτέον εἴη, τί ἕκαστον καὶ ποῖον δεῖ εἶναι· — ὁ δοῦλος κτῆμά τι ἔμψυχον καὶ ὥσπερ ὄργανον πρὸ ὀργάνων πᾶς ὁ ὑπηρέτης. — ὁ δοῦλος ὑπηρέτης τῶν πρὸς τὴν πρᾶξιν (τὸν βίον). Τὸ δὲ κτῆμα λέγεται, ὥσπερ καὶ τὸ μόριον· τό τε γὰρ μόριον οὐ μόνον ἄλλου ἐστὶ μόριον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἄλλου. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κτῆμα. Διὸ ὁ μὲν δεσπότης τοῦ δούλου δεσπότης μόνον, ἐκείνου δ' οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ δοῦλος οὐ μόνον δεσπότου δοῦλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἐκείνου.*

Qua quidem definitione: servum „animatum instrumentum“ domini et instrumentum „inanimatum servum“ opificis esse: quum cogatur, ut servo nulla cum domino esse possit communio juris, amicitiae, cari-

---

Τίς μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ δούλου καὶ τίς ἡ δύναμις, ἐκ τούτων δῆλον· ὁ γὰρ μὴ αὑτοῦ φύσει, ἀλλ' ἄλλον, ἄνθρωπος δὲ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν. Ἄλλου δ' ἐστὶν ἄνθρωπος, ὃς ἂν κτῆμα ᾖ ἄνθρωπος ὤν· κτῆμα δὲ ὄργανον πρακτικὸν καὶ χωριστόν. — Ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος ὁ δυνάμενος ἄλλου εἶναι· διὸ καὶ ἄλλου ἐστί· καὶ ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν· τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα οὐ λόγον αἰσθανόμενα ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ. Καὶ ἡ χρεία δὲ παραλλάττει μικρόν· ἡ γὰρ πρὸς τὰναγκαῖα τῷ σώματι βοήθεια γίνεται παρ' ἀμφοῖν, παρά τε τῶν δούλων καὶ παρὰ τῶν ἡμέρων ζώων. Βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν, τὰ τῶν ἐλευθέρων καὶ τῶν δούλων, τὰ μὲν ἰσχυρὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν, τὰ δ' ὀρθὰ καὶ ἄχρηστα πρὸς τὰς τοιαύτας ἐργασίας, ἀλλὰ χρήσιμα πρὸς πολιτικὸν βίον· οὕτως δὲ καὶ γίνεται διῃρημένοις εἴς τε τὴν πολεμικὴν χρείαν καὶ τὴν εἰρηνικήν· συμβαίνει δὲ πολλάκις καὶ τοὐναντίον, τοὺς μὲν τὰ σώματα ἔχειν τῶν ἐλευθέρων, τοὺς δὲ τὰς ψυχάς. Ἐπεὶ τοῦτό γε φανερὸν, ὡς εἰ τοσοῦτον γένοιντο διάφοροι τὸ σῶμα μόνον, ὅσον αἱ τῶν θεῶν εἰκόνες, τοὺς ὑπολειπομένους πάντες φαῖεν ἂν ἀξίους εἶναι τούτοις δουλεύειν. Εἰ δ' ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦτ' ἀληθὲς, πολὺ δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διωρῖσθαι. Ἀλλ' οὐκ ὁμοίως ῥᾴδιον ἰδεῖν τὸ τε τῆς ψυχῆς κάλλος καὶ τὸ τοῦ σώματος. Ὅτι μὲν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερόν· οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν, καὶ δίκαιόν ἐστι. Aristot. Politic. I, c. 2 ed. stereotyp. Adde ibd. c. 5. *Ὁ μὲν γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν.* et III, c. 5. *οἱ δοῦλοι οὐ ζῶσι κατὰ προαίρεσιν.* et Eth. Nic. VIII, c. 11. ed. stereotyp. *ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον, τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος. — Ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον διὰ τὴν σωτηρίαν· τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχον φύσει καὶ δεσπόζον φύσει· τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον καὶ φύσει δοῦλον· διὸ δεσπότῃ καὶ δούλῳ ταὐτὸ συμφέρει. Ἐν δὲ τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν· αἴτιον δ', ὅτι τὸ φύσει ἄρχον οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ γίνεται ἡ κοινωνία αὐτῶν δούλης καὶ δούλου. Διὸ φασὶν οἱ ποιηταί· Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός· ὡς ταὐτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν.* Politic. I, c. 1. — *Περὶ δὲ τοῦ πολιτικοῦ πλήθους, τίνα μὲν ὅρον ὑπάρχειν χρὴ, πρότερον εἴπομεν· ποίους δέ τινας τὴν φύσιν εἶναι δεῖ, νῦν λέγωμεν. Σχεδὸν δὴ καταναοήσειεν ἄν τις τοῦτό γε βλέψας ἐπί τε τὰς εὐδοκιμούσας τῶν Ἑλλήνων καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὡς διείληπται τοῖς ἔθνεσι. Τὰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις ἔθνη καὶ τὰ περὶ τὴν Εὐρώπην θυμοῦ μέν ἐστι πλήρη, διανοίας δὲ ἐνδεέστερα καὶ τέχνης· διόπερ ἐλεύθερα μὲν διατελεῖ μᾶλλον, ἀπολίτευτα δὲ καὶ τῶν πλησίον ἄρχειν οὐ δυνάμενα. Τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν διανοητικὰ μὲν καὶ τεχνικὰ τὴν ψυχὴν, ἄθυμα δὲ· διόπερ ἀρχόμενα καὶ δουλεύοντα διατελεῖ. Τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων γένος, ὥσπερ μεσεύει κατὰ τοὺς τόπους, οὕτως ἀμφοῖν μετέχει· καὶ γὰρ ἔνθυμον καὶ διανοητικόν ἐστι· διόπερ ἐλεύθερόν τε διατελεῖ καὶ βέλτιστα πολιτευόμενον καὶ δυνάμενον ἄρχειν πάντων μιᾶς τυγχάνον πολιτείας. Τὴν αὐτὴν δὲ ἔχει διαφορὰν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔθνη καὶ πρὸς*

tatis, eveniat vero saepissime, ut servus diligatur a domino ineatque cum eo societatem juris et amicitiae: videatis jam, quantopere ipse secum pugnet in disputando ille philosophus, qui dictatoria Logica sua primam cogitandi sanxit legem: „Ne quid repugnanter et contrarie.“ Ait enim his ipsis verbis, posse quidem servum socium et amicum domini esse, non vero „quatenus ille servus sed quatenus homo“ sit. [6])

Quod quum pateat in promptuque sit sic posse inverti: At quatenus, ob id ipsum, quod homo homo est, non debet, non potest ille esse servus sive audiens et loquens instrumentum alterius: non vidit tamen subtilis disputator, sed prorsus inani et indigna ingenii sui argumentatione Graecorum jure civili sustulit hominum jus naturale, quod quidem dicit et ipse esse jus divinum rectamque rationem et normam, qua institui et regi debeant societates hominum; [7]) qui quum non ἄλογα

ἄλληλα· τὰ μὲν γὰρ ἔχει τὴν φύσιν μονόκωλον, τὰ δὲ εὖ κέκραται πρὸς ἀμφοτέρας τὰς δυνάμεις ταύτας. ibd. VII, c. 6. — Διὸ καὶ ἡ πολεμικὴ φύσει κτητική πως ἔσται. ἡ γὰρ θηρευτικὴ μέρος αὐτῆς, ᾗ δεῖ χρῆσθαι πρός τε τὰ θηρία καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι πεφυκότες ἄρχεσθαι μὴ θέλουσιν, ὡς φύσει δίκαιον τοῦτον ὄντα τὸν πόλεμον. Ibd. I. c. 3. —

[6]) . . . . . φιλία οὐκ ἔστι πρὸς τὰ ἄψυχα, οὐδὲ δίκαιον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δοῦλον, ᾗ δοῦλος· οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστιν· ὁ γὰρ δοῦλος ἔμψυχον ὄργανον· τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δοῦλος. Ἧι μὲν οὖν δοῦλος, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν, ᾗ δ' ἄνθρωπος· δοκεῖ γὰρ εἶναί τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνάμενον κοινωνῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλίας δή, καθ' ὅσον ἄνθρωπος. Eth. Nic. VIII, c. 11. Hinc cum cogatur, ut servus ad eandem cum domino pervenire possit virtutem, vetat tamen Aristoteles ad perfectam illum perduci virtutem. Ait enim: Ἔθεμεν δὲ πρὸς τἀναγκαῖα χρήσιμον εἶναι τὸν δοῦλον· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ἀρετῆς δεῖται μικρᾶς καὶ τοσαύτης, ὅπως μήτε δι' ἀκολασίαν μήτε διὰ δειλίαν ἐλλείψῃ τῶν ἔργων. — Φανερὸν τοίνυν, ὅτι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς αἴτιον εἶναι δεῖ τῷ δούλῳ τὸν δεσπότην, ἀλλ' οὐ τὴν διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν. Διὸ λέγουσιν οὐ καλῶς τοῦ λόγου τοὺς δούλους ἀποστεροῦντες καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆσθαι μόνον· νουθετητέον γὰρ μᾶλλον τοὺς δούλους ἢ τοὺς παῖδας. Politic. I, c. 5. p. 25.

[7]) Tametsi Aristoteles utrumque jus et τὸ φύσει δίκαιον, quod quidem ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχον, et τὸ νόμῳ δίκαιον, quod κινητὸν καὶ οὐ κοινὸν, τοῦ πολιτικοῦ δικαίου esse dicit propterea, quod non una eademque ubique terrarum πολιτεία: attamen tenet, μίαν μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν πολιτείαν τὴν ἀρίστην εἶναι. Eth. Nic. V, c. 7. — Τὰ φύσει δίκαια ad νοῦν sive Deum, τὰ δὲ νόμὰ δίκαια ad hominem refert auctorem. τὰ μὴ φυσικὰ ἀλλὰ ἀνθρώπινα δίκαια. Ibd. — Διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον ἀλλὰ τὸν λόγον· — ibd. c. 6. Ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἄρχειν δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους· ὁ δ' ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον· — διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί. Polit. III, c. 11. —

et *ποιοῦντα μὲν ἀλλὰ οὐ πράττοντα θηρία* sed *λόγον* sive *διάνοιαν* sive *νοῦν ἔχοντα ζῶα* sint, [8]) sola etiam sint *ζῶα πολιτικά*, hoc est, nata ad talem societatem, qualem neque labor formicarum neque ars et regimen apium imitari possit. [9])

At hoc ultimum quidem, quod Aristoteles unum hominem neque etiam belluam *ζῶον πολιτικὸν* dixit, possit alienum videri neque urgendum. Barbaros enim constanter *ἔθνη ἀπολίτευτα* [10]) dicit. Sed enim idem docuit et anthropologus et logicus unam omnium hominum definitionem esse. [11]) Hujus vero definitionis ea vis est, ut quod homo non veluti bellua vivat vitae suae nescius sed ipse sui sibi conscius sit [12]) suaque propria non aliena sponte velit nolitve sequi „*ὀρθὸν*

εἴτε δὴ νοῦς τοῦτο, εἴτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ ἄρχειν καὶ ἡγεῖσθαι, καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν καὶ θείων· εἴτε θεῖον ὂν καὶ αὐτό, εἴτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θειότατον, ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν, εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία· ὅτι δ' ἐστι θεωρητική, εἴρηται. ἡ θεωρία autem non patientis sive humanae sed agentis sive divinae mentis est. *εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον·* — Eth. Nic. X, c. 7.

[8]) Eth. Nic. VI, c. 2 et 4. VII, c. 3. De anima III, c. 3 et 10. Metaphys. p. 1. Politic. VII. c. 12. Probl. XXX, 12. —

[9]) *Διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον, δῆλον· οὐδὲν γάρ, ὡς φαμεν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ· λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων· ἡ μὲν οὖν φωνὴ τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος ἐστὶ σημεῖον· διὸ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει ζώοις· μέχρι γὰρ τούτου ἡ φύσις αὐτῶν ἐλήλυθεν, ὥστε αἰσθάνεσθαι τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος, καὶ ταῦτα σημαίνειν ἀλλήλοις· ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τῷ δηλοῦν ἐστὶ τὸ συμφέρον καὶ τὸ βλαβερόν· ὥστε καὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον. Τοῦτο γὰρ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἴδιον τὸ μόνον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ δικαίου καὶ ἀδίκου, καὶ τῶν ἄλλων, αἴσθησιν ἔχειν. Ἡ δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν.* Politic. I, c. 1.

[10]) Politic. VII, c. 6.

[11]) *δεῖ γὰρ τὸν τοῦ ἀνθρώπου ὁρισμὸν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἀληθεύεσθαι. — ὁ γὰρ αὐτὸς ὅρος ἑνὸς μόνου καὶ ἁπλῶς τοῦ πράγματος· οἷον ἀνθρώπου· καὶ ἑνὸς μόνου ἀνθρώπου.* Topic. VI, c. 1 et de sophist. elench. c. 6. in fine. Adde Eth. Nic. I, c. 6. *εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶ ὁ τοῦ ἀνθρώπου. ἦ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσιν.*

[12]) De anima III, c. 3. 4. 6. Eth. Nic. IX, c. 9. Topic. IV, c. 4 in fine. *οὐκ ἐνδέχεται τὴν ἐπιστήμην ἐν τῷ ἐπιστητῷ ὑπάρχειν, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ τὸ ἐπιστητὸν ψυχὴ ἢ ἄνθρωπος ὄν.* Ibd. VI, c. 5. Improbat Aristoteles Platonis illam definitionem, hominem esse id, quod sciat numerare. *οὐ γὰρ εἴρηται, τί ὂν ἐπίσταται ἀριθμεῖν.* Optime vero. Namque illud demum potest numerare, unum addere ad alterum multaque conjungere in unum, quod ipsum semet habet et tenet unum et idem in perpetuitate agendi et patiendi; hoc est, sola sui sibi conscia mens temporis et numeri notitiam habet. cf. Aristot. phys. IV, c. 14.

λόγον,“ [13]) pro hac sua scientia sui, sui quoque non alieni juris sit et de hoc suo jure, ipse si velit vel maxime, ob hoc ipsum quod velit, ne possit quidem decedere alii et ipse eo usque nullus esse, ut nihil omnino aliud sit nisi patibile instrumentum actuosi motoris et rectoris.

Labitur autem Aristoteles hoc loco tam graviter, quod in philosophia practica multo stat levius et infirmius quam in philosophia theoretica. Ethicen quidem eique junctam [14]) Politicen cum Physica negat esse eadem qua Mathematicam et Metaphysicam intelligendi evidentia illustratas et necessitate adstrictas disciplinas. [15]) Hoc dicimus. In Ethicis quidem et Politicis Aristoteli philosopho idem accidit, quod Euripidi poëtae in tragoedia, [16]) ut nimis timide nervosae audacisque Ideae fugiens sublimitatem et divinitatem enervatae fragilisque et caducae Empiriae amplexatus sit humilitatem et — indignam hominis „humanitatem.“ [17])

Sic hominem sustulit ex homine neque quum tot tamque difficilia videret acutissime, illud pervidit, quod visu facillimum jam parens philosophiae ethicae vidit. Socrates enim in Menone et Phaedone dialogis Platonicis quum persuadere velit discere nihil aliud esse quam recordari intelligenter cogit, docilem animum servi, antequam in corpus intraverit, non minus in rerum cognitione viguisse quam doctum animum domini neque nunc etiam alia sed prorsus eadem cum illo uti ratione et praeditum esse immortalitate. [18]) Atque hoc quidem principio nata est illa viri sapientissimi vox humanitatis plenissima: „se esse Mundanum.“ Socrates quidem philosophus negavit quum esset civis Graecus, unius Graeciae sed universi mundi se incolam et civem esse [19])

---

[13]) Eth. Nic. VI, c. 1 et 13.

[14]) Eth. Nic. I, statim ab initio et X in fine. —

[15]) Ibd. I, c. 3. Metaphys. p. 40. —

[16]) *Σοφοκλῆς ἔφη αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν. Εὐριπίδην δὲ οἷοί εἰσι ταύτη λοτέον.* Aristot. poëtic. 26. 11.

[17]) Eth. Nic. I, c. 10 in fine X, c. 1 et 7. Hinc illa definitio virtutis: *ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν φρόνιμος ὁρίσειε· μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν, τῆς δὲ καὶ κατ' ἔλλειψιν.* Ibd. II, c. 6.

[18]) Plat. Phaed. c. 18—22. Men. p. 81—86. Steph. cf. Cic. Tusc. Disputt. I, c. 24.

[19]) Socrates quum rogaretur, cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. Cic. ibd. V, 37.

et hac tacita sua damnatione justae prava Graecorum opinione servitutis Barbarorum effecit vel solus, ut sine indignatione Graeciam matrem „artium liberalium“ earundemque „humanarum“ celebrari audiatis. Unus enim Socrates instar millium est nihilque opus sententia et voce illorum philosophorum, quos quidem multos non paucos Aristoteles testis est sapientius quam ipsum cum Socrate procul arcuisse pestiferam illam sententiam sophistarum: *τὸ δίκαιον καὶ τὸ αἰσχρὸν οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ*· [20]) *τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον εἶναι:* [21]) atque liberaliter docuisse, non jure naturae sed injustitia et violentia Graecorum in Barbaros constitutam esse dominationem. [22])

Quod Socrates atque illi philosophi anonymi graviter quidem brevius tamen quam velis significaverunt, id planissime explicuit et evidentissime docuit Cicero: omnes homines inter se pares esse neque genere sed magnitudine tantum et quasi quibusdam gradibus inter se differre et ob id ipsum, quod homines sint inter se amare debere. Quotquot toto in orbe terrarum sint homines, lingua, vita cultuque dissimillimi, universos uno eodemque vinculo societatis et caritatis contineri et ab uno eodemque numine Deorum immortalium sic gubernari, ut jubeantur justa et humana, vetentur injusta et inhumana.

Docet vero ea via et ratione, ut ab ipsa illa Aristotelis definitione hominis non hominum proficiscatur eaque non minus scienter quam oratorie utatur. Quod ut perspicuum et evidens sit, ipsum Ciceronem disputantem inducemus. Majorem enim auctoris quam verba interpretis vim et fidem habent. Disputat autem haecce.

„Natura juris explicanda est nobis eaque ab hominis repetenda

---

[20]) Plat. Gorg. p. 482 seq.

[21]) Id. de republ. I, p. 338.

[22]) *Τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ἐπιστήμη τέ τις εἶναι ἡ δεσποτεία καὶ ἡ αὐτὴ οἰκονομία καὶ δεσποτεία, καὶ πολιτικὴ καὶ βασιλικὴ, καθάπερ εἴπομεν ἀρχόμενοι· τοῖς δὲ παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν· νόμῳ γὰρ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον, φύσει δ' οὐδὲν διαφέρειν. διόπερ οὐδὲ δίκαιον, βίαιον γάρ. — Ὅτι δὲ καὶ οἱ τἀναντία φάσκοντες τρόπον τινὰ λέγουσιν ὀρθῶς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. Ἔστι γάρ τις κατὰ νόμον δοῦλος καὶ δουλεύων· ὁ γὰρ νόμος ὁμολογία τίς ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασιν· τοῦτο δὴ τὸ δίκαιον πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα, γράφονται παρανόμων, ὡς δεινὸν, εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν.* Aristot. Politic. I, c. 2. p. 6 et 9 sqq.

natura; considerandae leges, quibus civitates regi debeant: tum haec tractanda, quae composita sunt et descripta jura et jussa populorum.“ — Constituendi vero juris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeculis omnibus ante nata est quam scripta lex ulla aut quam omnino civitas constituta.“ de legg. I, c. 5 et 6. — „Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum sed aeternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei. — Erat enim ratio profecta a rerum natura et ad recte faciendum impellens et a delicto avocans; quae non tum demum incipit lex esse, quum scripta est sed tum, quum orta est. Orta est autem cum mente divina. Quamobrem lex vera atque princeps apta ad jubendum et ad vetandum ratio est recta summi Jovis.“ — Ergo ut illa divina mens summa lex est, item quum in homine est perfecta, est in mente sapientis.“ — „Constat profecto ad salutem civium civitatumque incolumitatem vitamque hominum quietam et beatam inventas esse leges eosque, qui primum ejusmodi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque viverent quaeque ita composita sanctaque essent, eas leges videlicet nominarunt. — ... ut perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim et sententiam justi et juris colendi.“ Ibd. II, c. 4 et 5. — „omnium, quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intelligi, nos ad justitiam esse natos neque opinione sed natura constitutum esse jus. Id jam patebit, si hominum inter ipsos societatem conjunctionemque perspexeris. Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quam omnes inter nos metipsos sumus: quod si depravatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocunque coepisset, sui nemo ipse tam similis esset quam omnes omnium. Itaque quaecunque est hominis definitio, una in omnes valet. Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere: quae si esset, non una omnes definitio contineret. Etenim ratio, qua una praestamus beluis,

per quam conjectura valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrinâ differens, discendi quidem facultate par. Nam et sensibus eadem omnia comprehenduntur: et ea, quae movent sensus, itidem movent omnium: quaeque in animis imprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intelligentiae, similiter in omnibus imprimuntur: interpresque est mentis oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. Nec est quisquam gentis ullius, qui ducem naturam nactus, ad virtutem pervenire [23]) non possit.“ („Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei: ipsisque in hominibus nulla gens est, neque tam immansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur illud, ut is agnoscat Deum, qui unde ortus sit, quasi recordetur ac noscat. Jam vero virtus eadem in homine ac Deo est, neque ullo alio in genere. — Est igitur homini cum Deo similitudo.“ Ibd. I, 8.). — „Quae autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? quae superbos, quae maleficos, quae crudeles, quae ingratos non aspernatur, non odit? Quibus ex rebus quum omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur, illud extremum est, quod recte vivendi ratio meliores efficit. — Sequitur igitur, ad participandum alium ab alio communicandumque inter omnes jus homines natura esse factos — atque hoc in omni hac disputatione sic intelligi volo, jus quod dicam naturam esse — tantam autem esse corruptelam malae consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi exstinguantur a natura dati, exorianturque et confirmentur vitia contraria. Quod si, quo modo est natura, sic judicio homines humani (ut ait poëta) nihil a se alienum putarent, coleretur jus aeque ab omnibus. Quibus enim ratio a natura data est, iisdem etiam recta ratio data est: ergo et lex, quae est recta ratio in jubendo et vetando: si lex, jus quoque. At omnibus ratio. Jus igitur datum est omnibus: recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura sejunxisset: id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. ibd. I,

[23]) Quanto sapientius Cicero quam Aristoteles, qui Barbaros negat ad virtutem pervenire posse sive potius, id quod etiam pejus est, vetat pervenire!

c. 10—12. „Ex hoc nascitur etiam, ut communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, ut oporteat hominem ab homine ob id ipsum, quod homo sit, non alienum videri. — Natura sumus apti ad coetus, concilia, civitates. — Illa vox inhumana et scelerata ducitur, eorum, qui negant se recusare, quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur: quod vulgari quodam versu Graeco pronuntiari solet (après moi le déluge).“ — Atque etiam Jovem quum Optimum et Maximum dicimus quumque eundem Salutarem, Hospitalem, Statorem, hoc intelligi volumus, salutem hominum in ejus esse tutela. Minime autem convenit, quum ipsi inter nos abjecti neglectique simus, postulare, ut Diis immortalibus cari simus et ab iis diligamur. Quemadmodum igitur membris utimur prius, quam didicimus, cujus ea utilitatis causa habeamus: sic inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti et consociati sumus. Quod ni ita se haberet, nec justitiae ullus esset, nec bonitati locus. Et quo modo hominum inter homines juris esse vincula putant, sic homini nihil juris esse cum bestiis. Praeclare enim Chrysippus, cetera nata esse hominum causa et Deorum; eos autem, communitatis et societatis suae: ut bestiis homines uti ad utilitatem suam possint sine injuria; quoniamque ea natura esset hominis, ut ei cum genere humano quasi civile jus intercederet: qui id conservaret, eum justum: qui migraret, injustum fore.“ de finibb. III, c. 19 et 20. adde V, c. 23. „In omni autem honesto, nihil est tam illustre nec quod latius pateat quam conjunctio inter homines hominum et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum et ipsa caritas generis humani: quae nata a primo satu, quo a procreatoribus nati diliguntur et tota domus conjugio et stirpe conjungitur, serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus; tum civibus et iis, qui publice socii atque amici sunt; deinde totius complexu gentis humanae, quae animae affectio suum cuique tribuens atque hanc, quam dico, societatem conjunctionis humanae munifice et aeque tuens, justitia dicitur; cui sunt adjunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas quaeque sunt generis ejusdem. Atque haec ita justitiae propria sunt, ut sint

virtutum reliquarum communia. Nam quum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, quod Graeci πολιτικὸν vocant: quidquid aget quaeque virtus, id a communitate et ea quam exposui, caritate atque societate humana non abhorrebit, vicissimque justitia, ut ipsa se fundet usu in ceteras virtutes, sic illas expetet."

Videtisne, quam sapienter et humaniter Cicero nobilitarit illud Aristotelium: ἄνθρωπος ζῶον πολιτικὸν — πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον; Quis enim dubitat, quin illa, quam particulatim exscripsimus, disputatione ipse summus magistratus Romanus suae propriae civitatis immanem illam damnarit injuriam, quam non modo intellexit sed bello servili etiam vidit tantum abesse ut perpeti possit natura humana, ut coacta ipsa a semetipsa vi manuque propulset et libere mori quam serviliter vivere malit? Nihil enim interest ad veritatem nostrae sententiae, quod ille non commemorat servitutem neque his ipsis verbis ait, contra jus fasque hominem pro mancipio haberi.[24]) Fugit nimirum ut Socrates philosophus sic Cicero orator prudenter odium vulgi noluitque Consul Romanus quum jus naturale contra jus civile defenderet ipsa fundamenta reipublicae Romanae concutere videri.

Tametsi vero post Ciceronem oratorem Seneca quoque philosophus Romanus idem docuit, servos non vilia animalia sed homines esse[25]) ac vix et ne vix quidem credi potest, non plures etiam idem

[24]) In primo libro de officiis (c. 13.) servos non quidem liberari sed ut mercenarios haberi jubet. „Meminerimus autem etiam adversus infimos justitiam esse servandam. Est autem infima conditio et fortuna servorum; quibus non male praecipiunt qui ita jubent uti ut mercenariis: operam exigendam, justa praebenda."

[25]) Servi sunt? immo homines. Servi sunt? immo contubernales. Servi sunt? immo humiles amici. Servi sunt? immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. Itaque rideo istos qui turpe existimant cum servo suo coenare: quare? nisi quia superbissima consuetudo coenanti domino stantium servorum turbam circumdedit. ————. Quemadmodum stultus est, qui equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac fraenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat. Servus est? sed fortasse liber animo. Servus est? hoc illi nocebit? ostende quis non sit. Alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni; omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem; dabo ancillulae divitem: ostendam nobilissimos juvenes mancipia Pantomimorum. Nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est

intellexisse et dixisse: fuit tamen laudatissimis illis legumlatoribus Romanis atque „auctoribus juris“ cum Horatio poëta [26]) utilitas carior quam cum Cicerone philosopho honestas ideoque prava opinio validior quam recta ratio. Quid enim, quod ne tum quidem, ubi pro „nomine Romano“ jam prae se ferebant „nomen Christianum“ neque solum sua quisque in mente verum etiam sacris in libris inscriptam legebant non factam sed natam illam cum ipso homine de libertate hominis legem: quid quod ne tum quidem fictam illam de servitute hominis legem illegitimam et absurdam antiquarunt sed novo „Corpore juris“ antiqui promulgarunt sanissimam et justissimam? Non puduit enim „juris prudentes“ Romanos eo insipientiae et impudentiae descendere, ut „jus naturae“ tolli licere dicerent „jure gentium,“ hoc est, jus divinum jure humano, rectum pravo, justum injusto, honestum turpi. [27])

---

quod fastidiosi te deterreant, quo minus servis tuis hilarem te praestes et non superbe superiorem. Colant potius te quam timeant. Dicet nunc aliquis, me vocare ad pileum servos, et dominos de fastigio suo dejicere, quod dixi, colant potius dominum quam timeant. Itane, inquit, prorsus colant tanquam clientes, tanquam salutatores? Hoc qui dixerit, obliviscetur, id dominis parum esse, quod Deo satis est, qui colitur et amatur. Non potest amor cum timore misceri. ——. Haec tamen praecepti mei summa est: Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velles vivere. Senec. epist. 47.

[26]) „Atque ipsa utilitas justi prope mater et aequi.“ — „Jura inventa metu injusti fateare necesse est, Tempora si fastosque velis evolvere mundi. Nec natura potest justo secernere iniquum, Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.“ Horat. Sat. I, 3.

[27]) Justitia est constans et perpetua voluntas Jus suum cuique tribuendi. Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. Institutt. Libr. I. Tit. 1.

Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam jus istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, (quae in coelo), quae in terra, quae in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque foeminae conjunctio, quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cetera quoque animalia istius juris peritia censeri.

Jus autem civile a jure gentium distinguitur, quod omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis; quod vero naturalis ratio (?) inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur. — Jus autem gentium omni humano generi commune est. Nam usu exigente et humanis necessitatibus gentes humanae (jura) quaedam sibi

Sed haec nunc quidem hactenus. Alio enim tempore docebimus, cetera quoque, quibus Ethnicismum et Christianismum inter se differre dicunt, pleraque [28]) non vera esse sed uno hoc alterum ab altero

constituerunt. Bella etenim orta sunt et captivitates sequutae et servitutes, quae sunt naturali juri contrariae. Jure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc jure gentium omnes paene contractus introducti sunt, ut emptio (et) venditio, locatio (et) conductio, societas, depositum, mutuum et alii innumerabiles. Ibd. Tit. 2. — In potestate itaque dominorum sunt servi; quae quidem potestas juris gentium est. Nam apud omnes peraeque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem fuisse et quodcunque per servum adquiritur, id domino adquiri. Ibd. Tit. 8.

[28]) Ex hoc genere inter alia illud est, quod dicunt et apud Graecos et apud Romanos mulierem quoque non sociam sed servam viri fuisse. At nulla apud utrumque populum aut legitima aut usitata ab omnibus mulieris servitus. Namque ut Hector atque Andromache, ut Ulysses et Penelope non fuerint quales Homerus poëta eos finxit conjuges fidelissimi et amantissimi (quamquam ipsa ficta fabula testis est vel gravissima, Graecos non prorsus ignotam latuisse Schillerianam mulieris dignitatem): ut igitur ab Homero poëta recedamus, at Aristoteles philosophus, qui cum Platone magistro Barbarorum, idem minime tamen cum illo mulieris quoque Graecae ignorat humanitatem. Negat enim omnino, uxorem viri servam sed amicam vitaeque honestae sociam esse; mutuo amore conjugum, et liberorum, in genitores eosdemque educatores magistrosque virtutis pietate domum, exiguo vero corpore domus totum contineri corpus civitatis. Etenim quum homo libero utatur arbitrio (ἔχῃ προαίρεσιν) faciatque quod velit neque cogi possit ut faciat, quod nolit: nihil bonis sine moribus familiae vel optimas valere leges civitatis. *Ἐν . . τοῖς βαρβάροις τὸ ϑῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν.* Aristot. Polit. I, c. 1. p. 2. — *.... αἱ μὲν γὰρ γυναῖκες ἥμισυ μέρος τῶν ἐλευϑέρων.* Ibd. c. 5 in fine. — *Ὁ μὲν γὰρ δοῦλος ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικὸν, τὸ δὲ ϑῆλυ ἔχει μὲν ἀλλ' ἄκυρον· ὁ δὲ παῖς ἔχει μὲν ἀλλ' ἀτελές. Ὁμοίως τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν καὶ περὶ τὰς ἠϑικὰς ἀρετάς· ὑπολεπτέον, δεῖν μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον· ἀλλ' ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἔργον. Διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελείαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠϑικὴν ἀρετήν· τὸ γὰρ ἔργον ἐστὶν ἁπλῶς τοῦ ἀρχιτέκτονος· ὁ δὲ λόγος ἀρχιτέκτων· τῶν δ' ἄλλων ἕκαστον, ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς· ὥστε φανερὸν, ὅτι ἔστιν ἠϑικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ οὐκ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, οὐδ' ἀνδρία καὶ δικαιοσύνη, καϑάπερ ᾤετο Σωκράτης, ἀλλ ἡ μὲν ἀρχικὴ ἀνδρία, ἡ δ' ὑπερετικὴ. Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας.* Ibd. c. 5. — *Τῶν δὲ περὶ τοῦς ἀνϑρώπους ἡ κατὰ γυναῖκα πρώτη ἐπιμέλεια· κοινωνία γὰρ φύσει τῷ ϑήλει καὶ ἄῤῥενι μάλιστά ἐστιν. ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν ἐν ἄλλοις, ὅτι πολλὰ τοιαῦτα ἡ φύσις ἐφίεται ἀπεργάζεσϑαι, ὥσπερ καὶ τῶν ζώων ἕκαστον· ἀδύνατον δὲ τὸ ϑῆλυ ἄνευ τοῦ ἄῤῥενος, ἢ τὸ ἄῤῥεν ἄνευ τοῦ ϑήλεος ἀποτελεῖν τοῦτο· ὥστ' ἐξ ἀνάγκης αὐτῶν ἡ κοινωνία συνέστηκεν. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀλόγως τοῦτο ὑπάρχει καὶ, ἐφ' ὅσον μετέχουσι τῆς φύσεως, ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ τεκνοποιΐας μόνον χάριν· ἐν δὲ τοῖς ἡμέροις καὶ φρονιμωτέροις διήρϑρωται μᾶλλον. φαίνονται γὰρ μᾶλλον βοήϑειαι γινόμεναι καὶ εὔνοιαι καὶ*

seclusum esse, quod philosophi antiqui dimidia tantum ex parte perfecta perbene quam inchoati sunt cognitione Mentis absolutae („νοῦ αὐτάρκεος“) ad unum omnes ignorant Deum creatorem; qui quidem tantum abest ut ab homine percipi nequeat cogitatione, ut cogitate cogitanti cogitandus sit necessario. Nam si Mentis relativae („finitae“) sive humanae et absolutae („infinitae“) sive divinae non ea est ratio, ut altera sit creata, altera creans: tum tota tollatur atque ipsa omnino nulla sit necesse est mens humana; id quod tam absurdum est, ut ne fingi quidem possit. Qui potest enim cogitari, illud, quod ipsum sibi conscium est esse sese et quum hac sua cogitatione sui tum innata sibi libertate peccandi ipsum sese disjungit ab alio, a Deo, non esse ipsum sed inesse alii, Deo, vel qualicunque velis modo inde emanasse? Cogitatissime enim Augustinus Christianus: „Ex ipsa substantia divina nihil egredi potest nisi divinum;“ et Cicero Ethnicus, qui quidem hisce verbis damnat Pantheismum: „Pythagoras, qui censuit, Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur,

---

συνεργίαι ἀλλήλοις· ἐν ἀνθρώπῳ δὲ μάλιστα, ὅτι οὐ μόνον τοῦ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὖ εἶναι σύνεργα ἀλλήλοις τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν ἐστί. Καὶ ἡ τῶν τέκνων κτῆσις οὐ λειτουργίας ἕνεκεν τῇ φύσει μόνον οὖσα τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας· ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους πονήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων, ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ· ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι· ἐπεὶ κατ' ἀριθμὸν οὐ δύναται ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος· οὕτω προῳκονόμηται ὑπὸ τοῦ θείου ἑκατέρου ἡ φύσις, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς, πρὸς τὴν κοινωνίαν. Διείληπται γὰρ τῷ μὴ ἐπὶ ταὐτὰ πάντα χρήσιμον ἔχειν τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἕνια μὲν ἐπὶ τἀναντία, εἰς ταὐτὸ δὲ συντείνοντα· τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότερον, τὸ δ' ἀσθενέστερον ἐποίησεν, ἵνα τὸ μὲν φυλακτικώτερον ᾖ διὰ τὸν φόβον, τὸ δ' ἀμυντικώτερον διὰ τὴν ἀνδρίαν, καὶ τὸ μὲν πορίζῃ τὰ ἔξωθεν, τὸ δὲ σώζῃ τὰ ἔνδον· καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τὸ μὲν δυνάμενον ἑδραῖον εἶναι, πρὸς δὲ τὰς ἔξωθεν θυραυλίας ἀσθενὲς, τὸ δὲ πρὸς μὲν τὰς ἡσυχίας χεῖρον, πρὸς δὲ τὰς κινήσεις ὑγιεινόν· καὶ περὶ τέκνων, τὴν μὲν γένεσιν κοινὴν, τὴν δὲ ὠφελείαν ἰδίαν· τῶν μὲν γὰρ τὸ θρέψαι, τῶν δὲ τὸ παιδεῦσαί ἐστιν. Oecon. I, c. 3. Adde Eth. Nic. VIII, c. 12 et Politic. II, c. 1. *Δύο γάρ ἐστιν, ἃ μάλιστα ποεῖ κήδεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ φιλεῖν, τό τε ἴδιον καὶ τὸ ἀγαπητόν· ὧν οὐδέτερον οἰόντε ὑπάρχειν τοῖς οὕτω* (κοινῶν — ut Platon vult — *ὄντων τῶν τέκνων καὶ τῶν γυναικῶν*) *πολιτευομένοις. —. Φιλίαν τε γὰρ οἰόμεθα μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν· οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα στασιάζοιμεν.*

non vidit, distractione humanorum animorum discerpi et lacerari Deum (unum Ego divinum multa in Ego humana quum discerpit Hegelius[29]) sive auctor sive perfector Pantheismi, quem quidem ipse dicit „Pantheismum Spiritualismi“,[30]) tollit „notionem“ τοῦ Ego): et quum miseri animi essent (quod plerisque contingeret) tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest. Cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? Quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus aut infusus esset in mundo?“ De natura Deorum I, 11. —

[29]) „Die Vernunft ist als die flüßige allgemeine Substanz, als die unwandelbare einfache Dingheit vorhanden, welche eben so in viele vollkommen selbstständige Wesen wie das Licht in Sterne als unzählige für sich leuchtende Punkte zerspringt, die in ihrem absoluten Fürsichseyn nicht nur an sich in der einfachen selbstständigen Substanz aufgelößt sind, sondern für sich selbst; sie sind sich bewußt diese einzelne selbstständige Wesen dadurch zu seyn, daß sie ihre Einzelheit aufopfern und diese allgemeine Substanz ihre Seele und Wesen ist; so wie dieß Allgemeine wieder das Thun ihrer als Einzelner oder das von ihnen hervorgebrachte Werk ist.“ Hegel. Phaenomenolog. Mentis p. 265. Adde 266. 328. 566.

[30]) „Die Bestimmung der neuern Philosophie, daß der Geist die Einheit mit sich selbst ist und die Welt als Ideelles in sich faßt, nennt man Pantheismus oder näher Pantheismus des Spiritualismus.“ Hegel. Philosoph. relig. I, p. 325. cf. II, p. 281—285. Es kommt Alles darauf an, „daß gewußt werde die an sich seiende Einheit der göttlichen und menschlichen Natur.“

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGICI.

ANT. EICHHORN, Dr. P. P. O. h. t. DECANUS.

I. Historiam ecclesiasticam primi aevi enarrabit diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis hora IX—X.

II. Jus canonicum tradet diebus Lunae et Jovis hora III—IV, diebus Veneris et Saturni h. IX—X.

MICH. JOS. KRUEGER, Lic. P. P. O. Des.

I. Introductionem in utriusque testamenti libros sacros una cum artis criticae et hermeneuticae biblicae principiis proponet diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora X—XI.

II. Utramque ad Corinthios datam epistolam explicabit diebus Mercurii et Veneris hora III—IV.

III. Psalmos selectos interpretabitur diebus Martis, Jovis et Saturni hora VIII—IX.

ANDR. MENZEL, Lic. P. P. E. Des.

I. Theologiam Moralem tradet diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis h. X—XI.

II. De Deo Uno et Trino disseret diebus Lunae et Jovis h. II—III.

III. Doctrinam catholicam de Gratia et Sacramentis tractabit diebus Veneris et Saturni hora X—XI.

B. ORDINIS PHILOSOPHICI.

LAUR. FELDT, Dr. P. P. O. h. t. RECTOR et DECANUS.

I. Trigonometriam geographicam i. e. trigonometriam, planam, sphaericam et sphaeroidicam ex libro: Sniadecki's sphaerische Trigonometrie etc. übersetzt von L. Feldt tradet diebus Lunae et Jovis hora II—III.

II. Historiam et naturam disciplinarum mathematicarum inde ab antiquo aevo, usque ad nostra tempora adumbrabit, et capita selecta geometriae analyticae exponet diebus Lunae et Jovis hora XI—XII.

III. Physicen experimentalem docebit et conversatorium de rebus physicis instituet diebus Martis et Veneris hora XI—XII.

IV. Aut de Newtoni gravitationis universalis principio disseret, aut Astronomiae elementa ita explicabit, ut ab iis etiam, qui mathesi sublimiori discendae non dederunt operam, intelligi possint, die Mercurii h. XI—XII et d. Veneris h. II—III.

C. BIESTER, Dr. P. P. O. Des.

I. Taciti annales interpretabitur diebus Lunae, Martis et Jovis h. X—XI.

II. Virgilii Georgica diebus Mercurii et Saturni hora X—XI

III. Sophoclis Electram tractabit diebus Lunae et Jovis hora II—III.

IV. Thucydiden de bello Peloponnesiaco interpretabitur diebus Martis et Veneris hora II—III.

V. Collegium stylisticum practicum habebit bis per hebdomadem horis definiendis.

MAX. TRUETSCHEL, Dr. P. P. O. Des.

I. Metaphysicam docebit quinquies per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris hora matut. VIII—IX.

II. Logicam docebit quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis hora vespert. V—VI.

III. Aristotelis de anima libros offert interpretandos bis per hebdomadem diebus et horis definiendis.

IV. Exercitationes repetitorias et examinatorias instituet die Saturni hora mat. VIII—IX.

STIPENDIUM SCHEILLIO-BUSSIANUM.

Quaestio a Lyceo Regio Hosiano ad certamen literarium anni MDCCCL—I proposita:

> De origine et progressu contentionum inter quosdam ecclesiae antistites de haereticorum baptismate exortarum e fontibus disseratur, atque, quomodo controversia ista tandem composita sit, exponatur — sermone latino.

Praemium constitutum est XXI Imperialium. Tempus exhibendarum scriptionum terminatum est d. 1. Jul. MDCCCLI.



ST -BUSSIANUM.

Quaestio a Ly literarium anni MDCCCL—I
proposita:

De um inter quosdam ecclesiae
antis exortarum e fontibus disse-
ratu ista tandem composita sit,
expo

Praemium cor empus exhibendarum scriptio-
num terminat